14356.

d. 8. Junii 824.

Circulare

quoad Priv. Francisci Kemolt

et

Civ. Mag. Beszterczse,

ut erga N^ro 3865. ec. informet

/. Circulare adnexam Copia Privilegii

Pasteiner

2 (6)

824.

142. Commerziab: A 50 a Copi

23 1. 2. Commerz 14356. b—

NOS FRANCISCUS PRIMUS,

Divina favente Clementia Austriae Imperator; Hierosolymae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae et Lodomeriae Rex Apostolicus; Archidux Austriae; Dux Lotharingiae, Salisburgi, Virceburgi, et in Franconia; Magnus Dux Cracoviae; Magnus Princeps Transylvaniae; Dux Styriae, Carinthiae et Carnioliae, superioris et inferioris Silesiae; Princeps Berchtoldsgadenae et Mergenthemii; Comes Habspurgi etc. etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod *Franciscus Remele [?] Athenaeus [?] et Mechanicus Pestiensis in Suburbio Leopoldino in platea Pottnergasse [?] Nro 230. degens Majestati Nostrae humillime exposuerit: Se juxta optimam suam scientiam et conscientiam novam fecisse inventionem apparatus Crematorii, facultatis Medicae judicio penitus innocui, qui nimirum 1o cum magno lignorum compendio lite & perquam facile expolienda Crematum insignis suavitatis et puritatis, sique necessaria addantur ingredientia, praestantem et validum spirituosum liquorem (Liqueur) jam refrigeratum et aequaliter defluentem ex dimensuris 2o C. 26. aut 30. pollentae unius cacabo infusis spiritum citra duas horas, aut duas horas ~~et~~ quadrantem perfecte commodeque elicit. 3o Ita praestitutus est, ut cacabus pollentae elevationem sono ab extra venienti indicet, pollenta autem margines ipsius transcendens, sponte sua et quidem modice refrigerata ad cacabum recedat, atque adeo utrumque ruptio, destillationisque retardatio praepediatur. 4o Omne adustionis periculum penitus excludit, a quocunque demum laboris, de quo agitur perito facile tractandus. 5o Effectui producendo, absque cacabi, aut alia quadam calefactione citra omnis item aquae usum adhibeatur est idoneus. 6o Si vero ipsius, quin tamen ipsius Coordinatio ullam subeat mutationem cum duobus tubis ope tuborum invicem junctis, cacabi ipsius fiat, ignium pro uno tantum cacabo necessariorum ministerio, absque quoscunque demum alios impendio duplum producere valebit, 7o demum ex integro una cum ipsis etiam tubis refrigeratorius stanno perfectissime est obductus.*

Super quali

super quali- *nova hac sua Inventione* eidem pro elargiendo Privilegio exclusivo per *quinque* — annos duraturo pet*iit*; et siquidem omnes in directivis Regulis sub 1ma Februarii 1821. Nro. 1132. clementer defixis praescriptae formalitates observatae fuerint: hinc Nos clementer permoti *ei*dem *Francisco Remolt* ——————

Haeredibusque suis et Cessionariis ad memorat*am hanc novam Inventionem suam* Privilegium exclusivum per continuos *quinque* annos duraturum pro Regno Nostro Hungariae, Partibusque eidem adnexis ea lege clementer contulimus:

Primo. Ut, si praeter omnem exspectationem in sigillata accurata Descriptione hujus *novae Inventionis suae* ——— talia adminicula, talesve procedendi methodi continerentur, quorum essentialia in supramemorato Supplice Libello, et ibidem contenta expositione reticita fuissent, et eadem Regni Legibus adversarentur, applicatio et effectuatio eorundem nec penes concessum Privilegium exclusivum, nec sine illo admitti possit, quin potius concessio hujus Privilegii in tali casu eo facto invigorosa sit.

Secundo. Ut memoratum Privilegium exspiret, utprimum essentialis defectus in praescriptis qualitatibus Descriptionis hujus legaliter evictus fuerit.

Tertio. Ut, quamprimum quispiam legali documento remonstrare quiret, privilegiat*am hanc novam*

Inventionem in Regno Hungariae, eidemque adnexis partibus ante expeditionem officiosi desuper documenti jam non ut novam considerari potuisse, Privilegium pro invigoroso, aut potius non concesso considerari debeat.

Quarto. Ut Privilegium aeque exspiret, aut pro non concesso habeatur, si Proprietarius alicujus praeexistentis Privilegii remonstraret, novam privilegiatam hanc Inventionem cum sua propria jam prius indicata et privilegiata Inventione unum idemque esse.

Quinto. Ut Privilegium invigorosum sit, si Impetrans ejusdem intra annum ab hodierna die inchoando, novam hanc Inventionem suam necdum usuare inchoasset, aut usum ejusdem intra decursum privilegialium annorum per unum annum haud continuasset, quin semet eatenus debite legitimaret. Non absimiliter

Sexto. Ut Privilegium invigorosum sit, si Taxa in defixis Ratis haud dependeretur.

Septimo. Ut post effluxum privilegialium annorum usuatio memoratae hujus novae Inventionis cuilibet libera sit.

Si autem praescriptae conditiones ad amussim adimpletae fuerint, Impetrans Privilegii eodem non tantum uti, frui, et gaudere possit, verum etiam

clementer praecipimus et committimus, ut per decursum *quinque* privilegialium annorum, a die interventae solitae publicationis hujus Privilegii inchoando, in Regno Nostro Hungariae, eidemque adnexis Partibus, praeter Ips*am* Impetrant*em*, Haeredesque suos, aut Cessionarios, nemini alteri licitum sit, *novam hanc Inventionem* per Impetrant*em* exhibit*am* et Descriptione provis*am* usuare, sub amissione ipsius, cujus imitatio suscepta est, substrati privilegialis, in emolumentum *Francisci Bernolt* cessuri, nec non sub irroganda in singulo transgressionis casu pecuniaria mulcta in Centum Aureis in Specie consistente, ex qua medietas Pauperum Fundo illius Loci, ubi Judicium primae Instantiae latum fuerit, alia medietas vero Impetrant*i* Privilegii *Francisco Bernolt* obtinget, et inomisse per Fiscum Nostrum Regium in Regno, ubi transgressio intervenit, incassari procurabitur, ac insuper Transgressorem hujus Privilegii altissima quoque Indignatio Nostra mansura est, prout etiam Impetrant*i* quoque *Francisco Bernolt* reservatum manebit, contra transgressorem talem coram competente Judice intuitu damni sibi illati et legitimandi procedere.

Jurisdictionibus proinde, quas concernit, benigne mandamus, ut circa manutentionem hujus Privilegii,

et cum eodem connexas conditiones debitam vigilantiam adhibeant.

Datum *Veronae*

die *Undecima* Mensis *Novembris*

Anno Domini Millesimo octingentesimo *vigesimo secundo* Regnorum Nostrorum Hungariae, Bohemiae, et reliquorum Anno *Trigesimo primo*

Praesens copia collata et conceptui conformis esse repertum in fidem subscriptionis appositoque officii sigillo. Viennae die 28ª Apr. 6 1824

Mathias Szankovits m.p.
Cancellariae Reg. Hung. Aul.
Regestr. & Archivi Director

Privilegium exclusivum pro parte

7424.

Sacra C: R: Mtas benigne intimandum: Benignis Privilegii Francisci Remold inventionem respicientis Exemplum more solito publicandum eo cum Mandato adnectitur, ut impetrans ad mentem Decreti aulici dd° 27° Septembris a. c. N:ro 11800 eatenus invitetur, insuperque disponatur, ut tam in certificato, secundum vigentes normas, super sua quoad obtinendum Privilegium Petitione sibi edito, quam et Descriptionis sigillatae subin restituendae, involucro memoratae Inventionis designatio, prouti in Privilegio illo occurrit, adnotetur, acclusis item adjacentibus. Datum Viennae die 27: Junij 1823.

Princeps Franciscus Koháry m. p.

7424. 823 fr. 1.

8009. 823 fr. 2.

2385. 823.

Vincentius Comes Baarkoczy m. p.

Ad Benig. C. R. mand:
Comes Franciscus Gorzáts m. p.

7424. 345/823.

Regnum Privilegium

Francisci Arnolt.

24

Ra

ad N. 4356. 824.

14356.

Elenc. d. 8. Junii 824.

Circulare.

ad 11. dem 12. Schedius

17a. vid. Viczaiczay

18 Revo

Civ: Mag. Besthiensi

[illegible]

Adjacentem Copiam B. Privilegii exclusivi Francisco Remolt super Apparatu Cre, matorio Concessi TT. pro ulteriori, tenda per sui gremium solita publicatione transponi. D

B. Privilegio exclusivo Francisci Remolt inventionem respicienti sub hodierno publi, cato, Civ. hunc Magnum in nostri Ordinem ddo: 9. Febr. ac. No 3865. abhinc dimissos datis reflecti, ut demandatas tam in Certifi, cato, quam in Descriptionis In, volucro Annotationes suo mo, do procurandas disponat, Deq. hoc effectu penes remissionem Octroi Relationem ocyus prae, stet. D

P. 28 Junii

Cita Gaesdh. cu. Hertzeg dimissum 28a 7bris 824.

Circulare dimiss: 30a Junii